

v. 9

(16.) UT FACIANT IN EIS IUDICIUM CONSCRIPTUM. Hoc  
est iudicium quod faciunt sancti per omnes gentes. Quare CON-  
SCRIPTUM? Quia ista antea conscripta sunt, et modo complentur. mi 1960  
Ecce modo fiunt: aliquando legebantur, non fiebant. Et conclusit  
ita: GLORIA HAEC EST OMNIBUS SANCTIS EIUS. Ita per totum 5  
mundum, per universas gentes hoc agunt sancti, sic glorificantur,  
sic exaltant deum in faucibus suis, sic laetantur in cubilibus suis,  
sic exsultant in gloria sua, sic exaltantur in salute, sic cantant can-  
ticum novum, sic dicunt ALLELUIA, corde, ore, vita. Amen.

## IN PSALMUM CL

(1.) Quamvis ordo psalmorum, qui mihi magni sacramenti  
videtur continere secretum, nondum mihi fuerit revelatus, tamen  
quod omnes centum quinquaginta numerantur, etiam nobis qui  
totius ordinis eorum altitudinem adhuc acie mentis non penetra-  
vimus, insinuant aliquid, unde non impudenter, quantum domi- 5  
nus adiuvat, disputare possumus. Primum quindenarius numerus,  
ex quo iste multiplicatur – quod enim valent quindecim in  
ordine singulorum, hoc valent centum quinquaginta in ordine  
denariorum, quoniam quindecies deni eos faciunt; hoc valent cc 2191  
mille quingenti in ordine centenariorum, quoniam quindecies  
centeni sunt; hoc valent quindecim milia in ordine millenario- 10

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $f_3$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
16, 2 sancti] *des.*  $U$  5 gloria] *inc.*  $K$  9 vita] *des.*  $K$  1, 1 quamvis] *inc.*  $K$   
6 quindenarius] *des.*  $f_3$

---

16, 2 conscriptum] est *add.*  $P_{23}$   $Y$  4 fiunt] fiant  $\delta$   $\varepsilon$  | non] et *praem.*  $\pi$   
5 ita<sup>1</sup> *om.*  $\pi$   $X$  | ita<sup>1</sup> ... eius *om.*  $C_1$   $P_7$  | ita<sup>2</sup> *om.*  $\varepsilon$   $\zeta$  6 sancti agunt *tr.*  $X$   
*ma* | gloriantur  $K$   $T$  9 amen *om.*  $C_1$   $P_7$

In ps. CL. 1, 2 videntur  $\delta$   $\varepsilon$   $\zeta$   $P_{23}$   $Y$  3 quia *lo ma* 4 mente  $\pi$  | penetra-  
bimus  $C_1$   $P_7$  5 non] num  $C_1$   $P_7$  6 possimus  $\pi$  *ma* | quindenarius] quia  
(qui  $K$ ) denarius  $\varepsilon$   $\gamma_1$   $K$   $\zeta$  | numerus] est *add.*  $\zeta$  9 deni eos] denos  $V_2$   $\delta$   $\varepsilon$   $P_{23}$   
 $Y$  | faciunt *om.*  $\alpha_2$

rum, quoniam quindecies mille sunt –, quindenarius ergo numerus concordiam significat duorum testamentorum. In illo enim observatur sabbatum, quod significat quietem: in isto dominicus  
 15 dies, quod significat resurrectionem. Sabbatum est autem dies septimus; dominicus vero post septimum, quid nisi octavus, idem qui primus habendus est? Ipse enim dicitur etiam *una sabbati*, ut deinde sit secunda, tertia, quarta, et deinceps usque ad septimum sabbatum. A dominico autem usque ad dominicum octavus est  
 20 dies, ubi testamenti novi revelatio declaratur, quod in veteri tamquam sub terrenis promissionibus tegebatur. Septem porro et octo quindecim sunt. Tot sunt et cantica quae appellantur graduum, quoniam totidem fuerant etiam templi gradus.

Deinde et quinquagenarius numerus magnum sacramentum  
 25 per se gerit. Constat enim de septimana septimanarum, addito uno tamquam ipso octavo ad quinquagenarium numerum terminandum. Septies quippe septeni quadraginta novem faciunt, quibus unus additur, ut faciant quinquaginta. Qui numerus quinquagenarius usque adeo magnae significationis est ut ex domini re-  
 30 surrectione tot diebus completis ipso quinquagenario die venerit super eos, qui in Christo fuerant congregati, spiritus sanctus. Qui spiritus sanctus in scripturis septenario praecipue numero commendatur, sive apud Isaiam sive in Apocalypsi, ubi apertissime

---

1, 14 observatur sabbatum] cf. Ex. 20,10      17 una sabbati] Marc. 16,2  
 28–31 qui ... sanctus] cf. Act. 2,1–4    33 in Apocalypsi] cf. Apoc. 1,20

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T$      $K$  (*exc.*)  $P_{23}$   
*lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

---

12 mille] milleni  $P_{23} Y$     13 duum  $X ma$     15 quod] qui  $X ma$  | est *om.*  $\delta$   
 autem est *tr.*  $X T ma$     16 idem] dies  $\gamma_1$     17 ipsi  $\delta \varepsilon$  | enim *om.*  $K P_{23} P_6$   
 etiam dicitur *tr.*  $K P_6$  | etiam *om.*  $\alpha$  | una] prima  $V_2 Y$     20 revelationi  $C_1$   
 $P_7$  | veteri  $K C_1 P_7$     21 porro] vero  $\gamma_1 P_6$     22 qui  $C_1 P_7$     23 fuerunt  $\pi K$   
 24 et] etiam  $\pi \varepsilon \zeta P_{23}$     25 per] prae  $\delta K$     27 septem  $F_2 ma$     28 faciant]  
 \*fiant  $\gamma_1 K Y P_6$  | quinquaginta faciant *tr.*  $\alpha$     30 quinquagesimo *Weidmann*

septem spiritus dei perhibentur propter operationem septenariam  
 unius eiusdemque spiritus. Quae operatio septenaria per Isaiam 35  
 prophetam ita commemoratur: *Requiescet super eum spiritus dei,*  
*spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiri-*  
*tus scientiae et pietatis, spiritus timoris domini.* Ipse debet intellegi mi 1961  
*timor domini castus permanens in saeculum saeculi.* Servilem  
 autem timorem consummata caritas foras mittit, et nos liberos 40  
 facit, ne servilia opera faciamus, quae sabbato prohibentur. *Cari-*  
*tas autem dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui*  
*datus est nobis.* Hinc quoque spiritus sanctus septenario numero  
 commendatur. Quinquagenarium vero etiam in quadraginta et 45  
 decem dominus dispertitus est. Die quippe quadragesimo qui est  
 post resurrectionem suam ascendit in caelum, ac deinde comple-  
 tis diebus decem misit spiritum sanctum quadragenario scilicet  
 numero temporalem in hoc mundo cohabitationem commen-  
 dans. Quoniam quaternarius in quadraginta numerus praevalet,  
 quattuor autem partes habet annus et mundus, denario vero cc 2192  
 addito, velut mercede pro impleta lege bonis operibus reddita,  
 ipsa aeternitas figuratur. Hunc quinquagenarium triplum habet  
 centesimus et quinquagesimus numerus, tamquam eum multipli-  
 caverit trinitas. Unde et hac causa non inconvenienter intellegi-

36–38 Is. 11,2–3    39 Ps. 18,10    40 timorem ... mittit] cf. 1 Ioh. 4,18  
 42sq. Rom. 5,5    45sq. die ... caelum] cf. Act. 1,3.9    46sq. deinde ...  
 sanctum] cf. Act. 2,3

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\varepsilon$ :  $N A n_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$      $\zeta$ :  $P_6 T$      $K$  (*exc.*)  $P_{23}$   
*lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F M c_1$ )

36 requiescit  $\delta K$     38 spiritus] et replevit eum *praem.*  $\alpha$  | dei  $\gamma_1 K$   
 40 foras] foris  $\delta$ ; *om.*  $C_1 P_7$     43 numero *om.*  $\alpha$     44 quinquagenario  $\gamma_1$   
 45 dispertitus] numerus *praem.*  $V_2$ ; numero *praem.*  $F F_2$ ; numerum *praem.*  
 $\delta$  | qui est *om.*  $\pi K ma$     46 caelos  $\alpha$ ; caelis  $\delta \varepsilon T$     49 praevaluit  $\varepsilon$     50 ha-  
 bent  $\alpha$  | annus] et *praem.*  $\gamma_1 P_6$  | mundus et annus *tr.*  $X ma$  | vero *om.*  $\gamma_1$   
 51 mercedem  $C_1 P_7$     53 tamquam] quam *om.*  $C_1 P_7$     54 haec  $C_1 P_7$   
 intellegimus  $X ma$

55 tur istum numerum esse psalmorum. Nam et in illo numero piscium qui capti sunt retibus post resurrectionem missis, ad centum quinquaginta additis tribus, velut admonitio videtur facta, in quot partes debeat iste numerus dispertiri ut ter habeat quinquagenos. Quamquam ille numerus piscium habeat et aliam rationem multo subtiliorem et iucundio-  
60 nem multo subtiliorem et iucundio- rem, quod decem et septem in trigonum missis, id est ab uno usque ad decem et septem omnibus computatis, ad eundem numerum pervenitur. In decem autem lex, in septem vero gratia significatur, quia legem non implet, nisi *caritas diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum*,  
65 qui septenario numero significatur.

(2.) Quod Graecorum quidam omnium psalmorum quinque libros esse crediderunt, illud secuti sunt, quoties in fine psalmi dictum fuerit: *fiat, fiat*. Sed huius dispertitionis rationem cum vellem comprehendere, non valui, quia nec ipsae quinque partes  
5 aequales sunt inter se, etsi non scripturae quantitate, saltem psalmorum ipso numero, ut tricenos haberent. Et si uniuscuiusque libri finis est *fiat, fiat*, cur liber quintus idemque ultimus non eodem fine sit terminatus, merito quaeri potest. Nos autem scripturae canonicae auctoritatem sequentes, ubi legitur: *Scriptum est*  
10 *enim in libro psalmorum*, unum psalmorum librum esse novimus. Et video quidem quomodo et hoc verum sit, et illud, si verum est, huic vero non reluctetur. Fieri enim potest ut aliqua consue-

---

55sq. in ... retibus] cf. Ioh. 21,11      2, 1 Graecorum quidam] cf. Orig. in Ps. praef. PG 12, 1056A    3 Ps. 40,14; 71,19; 88,53; 105,48    9sq. Act. 1,20

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\varepsilon$ :  $N An_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$      $\zeta$ :  $P_6 T$      $K$  (exc.)  $P_{23}$   
lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

---

55 esse numerum tr.  $\delta$  | in om.  $\pi$  | illum numerum  $C_1 P_7$     58 dispertire  $A$   
 $\varepsilon$  | quinquagenas  $\alpha$ ; quinquagenus  $\delta \varepsilon K Y X$     63 qui  $C_1 P_7$ ; qua  $K$     65 quo  
septenarius numerus (cf. supra 43sq.)  $\gamma_1$     2, 1 Graecorum  $\alpha$ ; graeco  $\delta$ ; graecorum  $\alpha$ ; ergo cett. *ma*    2 quotiens  $\gamma_1 K$  | finem  $\gamma_1$     3 dispertitionis  $\delta K C_1$   
4 evalui  $P_{23} Y$     6 ipsos numeros  $\gamma_1$     12 huic] et *praem.*  $\alpha$

tudine litterarum Hebraicarum unus liber dicatur, qui constat ex pluribus, sicut ex ecclesiis pluribus una constat ecclesia, et ex pluribus caelis unum caelum – non enim caelorum aliquod prae- 15  
termisit qui dixit: *Auxilium meum a domino, qui fecit caelum et terram*, et cum scriptura dicat: *Et vocavit deus firmamentum cae- mi 1962*  
*lum*, et aquas esse super firmamentum, hoc est super caelum, non mentitur tamen eadem scriptura dicens: *Et aquae quae super caelos sunt, laudent nomen domini*, quia non ait ‘super caelum’ –, et una 20  
terra ex multis terris: nam et orbem terrae et orbem terrarum quotidiana consuetudine dicimus. Et qui ait: *Scriptum est in libro psal-  
morum*, quamquam mos loquendi sic se habeat ut unum esse librum insinuare voluisse videatur, tamen respondere potest *in libro psal-  
morum* esse dictum, in aliquo libro eorum quinque, cc 2193  
quod in usu locutionis usque adeo vel non est vel raro est, ut etiam duodecim prophetarum unum librum esse ideo persuadeatur, quia similiter legitur: *sicut scriptum est in libro prophetarum*. Sunt etiam qui universas omnino scripturas canonicas unum 30  
librum vocent, quod valde mirabili et divina unitate concordent, et hinc esse dictum: *In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam*, ut sic intellegatur per filium pater fecisse mundum, cuius conditio principium scripturarum est in libro Gene-  
seos, vel magis quia prophetia videtur esse non facta narrans, sed

16sq. Ps. 120,2    17sq. Gen. 1,8    19sq. Ps. 148,4–5    26–28 ut ...  
persuadeatur] cf. Hier. *epist.* 140,4    28 Act. 7,42    31sq. Ps. 39,8–9

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_i$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )     $\varepsilon$ :  $N A n_4$      $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$      $\zeta$ :  $P_6 T K$  (*exc.*)  $P_{23}$   
*lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F M c_1$ ) || 2, 17 *terram*] *des. K*  
27 etiam] *inc. K*    31 *me*] *des. K*

13 \*hebraearum  $K P_7 ma$ ; hebraeorum  $C_1$     14 una *om.*  $\gamma_1$  | et *om.*  $\gamma_1$   
15 aliquid  $\pi$     19 sunt super caelos *tr.*  $\delta P_{23}$     21 et orbem terrae *om.*  $\pi$   
22 qui ait] quia id  $P_{23} Y$  23 ut] et  $\delta$  | unum *om.*  $\gamma_1$     24 responderi  $\alpha \zeta C^2$   
 $P_{23} ma$     25 alio  $C_1 P_7$     27 persuadetur  $C_1 K$     30 vocent] appellant  $\alpha$  | mi-  
rabile  $\alpha A \varepsilon \gamma_1 K Y$  | et *om.*  $C_1 P_7$  | concordant  $\delta$     34 prophetiam  $C_1 P_7$   
esse videtur *tr.*  $\gamma_1 P_6$

- 35 futura pronuntians – non enim ait: ‘quod fecerim’, sed *ut faciam*,  
 sive *ut facerem voluntatem tuam* –, ad illud haec sententia refe-  
 renda est, quod in primis partibus eiusdem libri scriptum est:  
*Erunt duo in carne una*, quod *sacramentum magnum* dicit aposto-  
 lus *in Christo et in ecclesia*. Quamquam et iste psalmorum liber  
 40 potest intellegi significatus, ubi dictum est: *In capite libri scriptum*  
*est de me, ut faciam voluntatem tuam*; sequitur enim: *Deus meus,*  
*volui et legem tuam in medio cordis mei*; de ipso quippe accipitur  
 prophetatus in capite libri huius psalmus ipse primus: *Beatus vir*  
*qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit,*  
 45 *et in cathedra pestilentiarum non sedit, sed in lege domini voluntas*  
*eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte*, ut hoc sit quod dictum  
 est: *Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei*. Quod  
 autem sequitur: *Evangelizavi iustitiam in ecclesia magna*, congru-  
 entius ad illud refertur *Erunt duo in carne una*.

(3.) Sive ergo illud sive hoc intellegatur quod dictum est: *in*  
*capite libri*, liber iste psalmorum per quinquagenos, si per ipsos  
 quinquagenarios articulos interrogetur, magnum aliquid et valde  
 dignum consideratione respondet. Non enim frustra mihi videtur  
 5 quinquagesimus esse de paenitentia, centesimus de misericordia et  
 iudicio, centesimus quinquagesimus de dei laude in sanctis eius.  
 Sic enim ad aeternam beatamque tendimus vitam, primitus nos-

---

38 Gen. 2,24 38sq. Eph. 5,32 40–42 Ps. 39,8–10 43–46 Ps. 1,1–2  
 47 Ps. 39,9 48 Ps. 39,10 49 Gen. 2,24 3, 1sq. Ps. 39,8

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (*exc.*)  $P_{23}$   
*lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) || 39 quamquam] *inc.*  
 $K$  41 me] *des.*  $K$  42 de] *inc.*  $K$  43 primus] *des.*  $K$  3, 1 sive!] *inc.*  $K$

---

35 pronuntians (*cf. serm. 4 Dolbeau, p. 516,120*)  $\gamma_1$ ; praenuntians *cett. ma*  
*fecerim*] *facerem*  $C_1 P_7$  45 pestilentiae  $\pi P_{23} Y P_{15}$  | domini] *erit add.*  $\pi \varepsilon$   
 $P_{23} Y$  46 haec  $C_1 P_7$  48 evangelizavit  $\varepsilon \gamma_1$  | iustitiam] *tuam add.*  $P_{23} Y T$   
 3, 2 per quinquagenos] *ter quinquagenus*  $P_{15} P_5 P_3$ ; *ter quinquagenorum*  $P_{23}$ ;  
*ter quinquagenum (vel quinquagenos  $Y^2$ )*  $Y$  3 articulus  $C_1 P_7$  6 laude dei  
*tr. X ma* 7 peccata nostra *tr. lo ma*

tra peccata damnando, deinde bene vivendo, ut post vitam con-  
demnatam malam et gestam bonam mereamur aeternam. Secun- 10  
dum propositum enim occultissimae iustitiae bonitatisque suae  
deus, *quos praedestinavit, illos et vocavit; et quos vocavit, ipsos et*  
*iustificavit; quos autem iustificavit, ipsos et glorificavit.* Praedestina-  
tio nostra non in nobis facta est, sed in occulto apud ipsum, in mi 1963  
eius praesentia. Tria vero reliqua in nobis fiunt, vocatio, iustifi-  
catio, glorificatio. Vocamur praedicatione paenitentiae; sic enim 15  
coepit dominus evangelizare: *Agite paenitentiam; appropinquavit*  
*enim regnum caelorum.* Iustificamur in vocatione misericordiae et  
timore iudicii; hinc est quod dicitur: *Deus, in nomine tuo salvum*  
*me fac, et in virtute tua iudica me.* Non timet iudicari, qui impe-  
traverit ante salvari. Vocati renuntiamus diabolo per paeniten- 20  
tiam, ne sub iugo eius remaneamus. Iustificati sanamur per mise-  
ricordiam, ne iudicium timeamus. Glorificati transimus in vitam  
aeternam, ubi deum sine fine laudamus. Ad hoc pertinere arbi-  
tror quod dominus ait: *Ecce eicio daemonia, et sanitates perficio*  
*hodie et cras, et tertia consummor.* Quod etiam in triduo suae pas- 25  
sionis et dormitionis et evigilationis ostendit. Crucifixus est  
enim, et sepultus, et resurrexit. In cruce de principibus et potesta-  
tibus triumphavit, in sepulcro requievit, in resurrectione exsulta-  
vit. Paenitentia cruciat, iustitia tranquillat, vita aeterna glorificat.

11sq. Rom. 8,30 16sq. Matth. 3,2; 4,17 18sq. Ps. 53,3 24sq. Luc. 13,32

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   $K$  (*exc.*)  $P_{23}$   
*lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) || 9 aeternam] *des. K*  
20 vocati] *inc. K* 23 laudamus] *des. K*

8 post] possit  $\delta$  | condemnatam vitam *tr. X ma* 9 et gestam] gestamque *X*  
*ma* 13 in<sup>1</sup> *om.*  $\gamma_1 P_6$  14 praesentia  $N \gamma_1 D P_6$  15 vocemur  $\pi \varepsilon Y$  16 ap-  
propinquabit  $\delta$  19 iudicare  $C_1 P_7$  22 in] ad  $\alpha$  23 ubi ... laudamus *om. \pi*  
25 tertia] die *add. V\_2 \zeta P\_{23} Y* | consummor  $\zeta Y ma$ ; *consumor cett.*  
27 sepultus] est *add. \pi* 28 triumphat  $\gamma_1$  29 cruciet  $\delta$ ; cruciavit  $\varepsilon C_1 P_7$

- 30 Paenitentiae vox est: *Miserere mei, deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* Hoc offert sacrificium deo: spiritum contribulatum, cor contritum et humiliatum, quod deus non spernit. Iustitiae Christi vox est in electis suis: *Misericordiam et iudicium*  
 35 *cantabo tibi, domine; psallam, et intellegam in via immaculata, quando venies ad me.* Per misericordiam quippe adiuvamur ad faciendam iustitiam, ut securi ad iudicium veniamus, ubi disperduntur *de civitate domini omnes qui operantur iniquitatem*, quo versu psalmus iste concluditur: vitae aeternae vox est.

- (4.) LAUDATE DOMINUM IN SANCTIS EIUS: utique in eis v. 1  
 quos glorificavit. LAUDATE EUM IN FIRMAMENTO VIRTUTIS EIUS. LAUDATE EUM IN VIRTUTIBUS EIUS, vel ut alii interpretati v. 2  
 sunt: IN POTENTATIBUS EIUS. LAUDATE EUM SECUNDUM MUL-  
 5 TITUDINEM MAGNITUDINIS EIUS. Omnia ista ipsi sunt sancti eius, quomodo dicit apostolus: *ut nos simus iustitia dei in ipso.* Si ergo iustitia dei quam fecit in eis, cur non et virtus dei quam fecit in eis, ut resurgerent a mortuis? Nam et in Christi resurrectione virtus maxime commendatur, quia in passione infirmitas fuit,  
 10 dicente apostolo: *etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute dei*, et alio loco: *ad cognoscendum inquit eum, et virtutem*

30–32 Ps. 50,3. 19 32sq. sacrificium ... spernit] cf. Ps. 50,19 34–36 Ps. 100,1–2 38 Ps. 100,8 4, 6 2 Cor. 5,21 10sq. 2 Cor. 13,4 11sq. Phil. 3,10

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   $K$  (exc.)  $P_{23}$   
 lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) || 39 vitae] inc.  $K$   
 4, 4 eius] des.  $K$

32 haec  $\alpha P_{23} Y ma$  | spiritus contribulatus  $\alpha$  33 quod om.  $\pi$  | quod deus non spernit om.  $X ma$  37 disperguntur  $\alpha$  38 qui operantur] operantes  $\gamma_1 Y P_6$  39 ipse  $\gamma_1$  4, 4 in ... eius] in potentatibus eius post magnitudinis eius tr.  $C_1 P_7$  5 magnificentiae  $P_{23} Y$  | ipsius  $P_{23} Y$  6 quomodo] quos  $\alpha$  8 in<sup>1</sup> om.  $C_1 P_7$  10 ex<sup>1</sup>] in  $C_1 P_7$  11 et<sup>1</sup> ... eius om.  $\alpha$  | eum] deum  $\zeta$



*resurrectionis eius.* Optime autem IN FIRMAMENTO ait VIRTUTIS EIUS. Firmamentum est enim virtutis, quia iam non morietur, et *mors ei ultra non dominabitur.* Cur non et potentatus dei dicantur, quos in eis fecit?, immo ipsi sint potentatus eius, quomodo dictum est: *nos sumus iustitia dei in ipso?* Quid autem potentius quam regnare in aeternum, sub pedibus positis omnibus inimicis? Cur non ipsi sint etiam multitudo magnitudinis eius? Non quia ipse magnus est, sed qua magnos eos fecit, tam multos, hoc est milia milium; sicut aliter intellegitur iustitia qua est ipse iustus, aliter quam in nobis facit, ut nos simus iustitia eius. cc 2195 mi 1964 20

(5.) Iidem ipsi sancti sunt in omnibus musicis organis deinceps significati ad laudandum deum. Quod enim proposuit dicens: LAUDATE DOMINUM IN SANCTIS EIUS, hoc exsequitur varie significans eosdem ipsos sanctos eius.

v. 3 (6.) LAUDATE EUM IN SONO TUBAE: propter laudis excelsissimam claritatem. LAUDATE EUM IN PSALTERIO ET CITHARA. Psalterium est de superioribus laudans deum, cithara de inferioribus laudans deum, tamquam de caelestibus et terrestribus, tamquam eum qui fecit caelum et terram. Iam quippe in alio psalmo exposuimus psalterium desuper habere sonorum illud lignum, cui 5

---

14 Rom. 6,9 17 cf. 1 Cor. 15,25 6, 5sq. in alio psalmo exposuimus] cf. en. 32,2,1,5,14 – 21; 56,16,15 – 20

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (*exc.*)  $P_{23}$   
*lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F M c_1$ ) || 12 optime] *inc. K*  
 13 eius] *des. K* | quia] *inc. K* 15 eius] *des. K* 16 quid] *inc. K* 20 milium]  
*des. K* 5, 1 iidem] *inc. K* 6, 5 terram] *des. K* 6 desuper] *des. A*

---

12 ait in firmamento *tr. T ma* | ait *om.  $\alpha H_1$  (ac.)* 13 firmamentum ...  
 virtutis *om.  $\alpha$*  | morientur  $\gamma_1 K w$  14 ei] eius  $C_1 P_7$ ; eis  $K S o_1 w$  | dicatur  $\pi$   
 $P_7$  15 quos] quod  $\alpha w$ , *om.  $C_1 P_7$*  | ipsi sint] ipsis in  $\gamma_1$  | sunt  $\pi \varepsilon K \zeta P_{23}$   
 $Y$  | eius *om.  $\gamma_1$*  16 simus  $\alpha C_1 P_7$  | autem] enim  $\zeta ma$  18 etiam ipsi sunt  
 $P_{23} Y$  | sunt  $F H_1$  (*ac.*)  $\varepsilon K P_7 \zeta P_{23} Y$  | qua ... qua] quia ... quia  $\pi \varepsilon K \zeta Y$   
 21 nobis] nos  $\delta$  5, 1 musicis] et *add.  $\pi \varepsilon \zeta P_{23} Y w$*  2 quod enim] quoniam  
 $\pi \varepsilon$  3 sequitur  $\varepsilon Y$  6, 1 excellentissimam  $\pi \varepsilon \zeta ma$  3 dominum  $\varepsilon$

nervorum series, ut meliorem sonum reddat, incumbit: quod lignum cithara inferius habet.

- (7.) LAUDATE EUM IN TYMPANO ET CHORO. Tympanum *v. 4*  
 laudat deum, cum iam in carne mutata nulla est terrena corruptionis infirmitas. De corio quippe fit tympanum exsiccato atque firmato. Chorus laudat deum, quando eum laudat pacata societas.
- 5 LAUDATE EUM IN CHORDIS ET ORGANO. Chordas habet et psalterium et cithara, quae superius commemorata sunt. Organum autem generale nomen est vasorum omnium musicorum, quamvis iam obtinuerit consuetudo ut organa proprie dicantur ea quae inflantur follibus: quod genus significatum hic esse non arbitror.
- 10 Nam cum organum vocabulum Graecum sit, ut dixi, generale omnibus musicis instrumentis, hoc cui folles adhibentur, alio Graeci nomine appellant. Ut autem organum dicatur, magis Latina et ea vulgaris est consuetudo. Quod ergo ait: IN CHORDIS ET ORGANO, videtur mihi aliquod organum quod chordas
- 15 habeat, significare voluisse. Non enim sola psalteria et citharae chordas habent, sed quia in psalterio et cithara propter sonum ab inferioribus et superioribus inventum est aliquid quod secundum hanc distinctionem possit intellegi, aliud nos in ipsis chordis quaerere admonuit, quia et ipsae caro sunt, sed iam a corruptione

---

7, 6 superius] *cf.* 6,2

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $H_1$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (*exc.*)  $P_{23}$   
*lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1) || 7, 1$  laudate] *inc.*  $K$   
 6 cithara] *des.*  $K$  | organum] *inc.*  $K$  | organum ... musicorum] *cf.* Beda, p.  
 38,775sq. 9 arbitror] *des.*  $K$  13 quod] *inc.*  $K$  15 voluisse] *des.*  $K$   
 19 quia] *inc.*  $K$

---

7 nervorum] eius *add.*  $\varepsilon \zeta P_{23} Y$  7, 2 iam *om.*  $\pi$  3 exsiccato] et siccato  $\varepsilon$   
 4 laudat eum *tr.*  $X ma$  | peccata  $H_1 C_1 P_7 w$  7 omnium vasorum *tr.*  $T ma$   
 8 ea *om.*  $\pi$  10 generali  $H_1$  12 appellabant  $H_1$  14 videtur] ut videatur  
 $H_1$  | aliquo organo  $\alpha$  15 cithara  $\varepsilon P_{23} Y$  18 posset  $\pi \varepsilon P_{23} Y w$  19 sunt  
 caro *tr.*  $X ma$  | a *om.*  $V_2 C_1$

liberata. Quibus ideo fortasse addidit organum, non ut singulae  
sonent, sed ut diversitate concordissima consonent, sicut ordi-  
nantur in organo. Habebunt enim etiam tunc sancti differentias  
suas consonantes, non dissonantes, id est consentientes, non dis-  
sidentientes, sicut fit suavissimus cantus ex diversis quidem, sed  
non inter se adversis sonis: *Stella enim ab stella differt in gloria, sic  
et resurrectio mortuorum.*

v. 5 (8.) LAUDATE EUM IN CYMBALIS BENE SONANTIBUS, LAU-  
DATE EUM IN CYMBALIS IUBILATIONIS. Cymbala invicem tan-  
gunt ut sonent, ideo a quibusdam labiis nostris comparata sunt.  
Sed melius intellegi puto in cymbalis quodammodo laudare mi 1965  
deum, dum quisque honoratur a proximo, non a seipso, et invi- 5  
cem honorantes dant laudem deo. Ne quis autem cymbala intelle-  
geret, quae sine anima sonant, ideo puto additum IN CYMBALIS  
IUBILATIONIS. Iubilatio namque, id est ineffabilis laus, nonnisi ab  
anima proficiscitur. Nec praetereundum existimo quod musici  
docent, et res ipsa manifesta est, tria esse genera sonorum, voce, 10  
flatu, pulsu: voce, ut est per fauces et arterias, sine organo aliquo  
cantantis hominis; flatu, sicut per tibiam vel quid eiusmodi;  
pulsu, sicut per citharam vel quid eiusmodi. Nullum itaque genus  
hic praetermissum est: nam vox est in choro, flatus in tuba, pul-

---

25sq. 1 Cor. 15,41 – 42 8, 10–13 tria ... eiusmodi] cf. doctr. Chr. 2,17 (27)

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $H_1$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   $K$  (*exc.*)  $P_{23}$   
*lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ ) || 8, 11 est] *des.*  $K$   
12 hominis] *inc.*  $K$

---

20 liberate  $V_2$   $An_4$   $\zeta$   $P_{23}$  | fortasse ideo *tr.*  $X$   $ma$  | addit  $H_1$   $\varepsilon$   $w$   
21 consonent] sonent  $\pi$  22 tunc] hunc  $C_1$   $P_7$  | sancti] dei *add.*  $X$   $ma$  23 id  
est] idem  $\varepsilon$   $P_{23}$   $Y$  24 concentus *lo*  $ma$  25 adversis inter se *tr.*  $C_1$   $P_7$  | sonis  
*om.*  $C_1$   $P_7$  | ab] a  $V_2$   $\zeta$   $X$   $ma$  | gloria] claritate  $\alpha$   $ma$  8, 2 tanguntur  $\alpha$   $P_{23}$   $Y$   
4 laudari  $P_{23}$   $Y$  5 proximo] suo *add.* *lo*  $ma$  7 sonent  $H_1$  (*ac.*)  $P_7$  (*ac.*)  
additum puto *tr.*  $\gamma_1$   $P_6$  8 iubilationis *om.*  $H_1$  10 dicunt  $\gamma_1$   $\zeta$  12 cantantis]  
cantus  $P_{23}$   $Y$  | vel ... eiusmodi *om.*  $\pi$   $w$

- 15 sus in citharis, tamquam mens, spiritus, corpus, sed per similitu-  
dines, non proprietates. Quod ergo proposuit: LAUDATE DEUM  
IN SANCTIS EIUS, quibus hoc dixit, nisi eis ipsis? Et in quibus ut  
deum laudent, nisi in seipsis? 'Vos enim sancti eius, inquit, virtus  
eius estis', sed quam fecit in vobis, et potentatus eius, et multi-  
20 tudo magnitudinis eius, quam fecit et ostendit in vobis; vos estis  
tuba, psalterium, cithara, tympanum, chorus, chordae et orga-  
mi 1966 num et cymbala iubilationis bene sonantia, quia consonantia.  
Vos estis haec omnia: nihil hic vile, nihil hic transitorium, nihil  
ludicrum cogitetur. Et quia sapere secundum carnem mors est, v. 6  
25 OMNIS SPIRITUS LAUDET DOMINUM.

---

24 cf. Rom. 8,5sq.

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $H_1$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   $K$  (exc.)  $P_{23}$   
lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) || 15 corpus] des.  $\bar{K}$   
16 quod] inc.  $\bar{K}$  17 ipsis] des.  $\bar{K}$  18 vos] inc.  $\bar{K}$  25 dominum] des.  $\bar{K}$

---

15 cithara lo ma; ceteris  $C_1 P_7$  | similitudinem  $\varepsilon$  16 proprietas  $H_1 N$ ; pro-  
prietatem  $An_4$ ; per praem.  $\alpha_2 \zeta ma$  | quid  $\alpha$  | dominum  $\pi \varepsilon \zeta P_{23} Y X ma$   
21 chordae om.  $P_{23} Y$  22 et om.  $C_1 P_7$  23 hic<sup>2</sup> om.  $C_1 P_7 D$   
25 dominum] amen add.  $F H_1 P_6$ ; conversi ad dominum deum patrem omni-  
potentem, puro corde ei, quantum potest parvitas nostra, maximas atque  
veras gratias agamus; precantes toto animo singularem mansuetudinem eius,  
ut preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur; inimicum quoque a  
nostris actibus et cogitationibus sua virtute expellat, nobis fidem multipli-  
cet, mentem gubernet, spirituales cogitationes concedat, et ad beatitudinem  
suam perducat. per Iesum Christum filium suum dominum nostrum, qui  
cum eo vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculo-  
rum. amen (cf. serm. 67, mi 38, 437D; 183, 994C; 272, 1248A) in fine add.  
edd. *Erasmiana lo ma, adnotatione praemissa*: Sancti Aurelii Augustini ora-  
tio, quam post singulos sermones atque tractatus dicere consuevit.